grande contra animas vestras ut
intereat ex vobis vir et mulier
parvulus et lactens de me
dio iude nec relinquatur quic
quam vobis residuum provocantes
me in operibus manuum vestra
rum et in sacrificando diis
alienis in terra egypti in quam
ingressi estis ut habitetis ibi
et dispereatis et sitis in ma
ledictionem et in obprobrium
cunctis gentibus terre. Numquid
obliti estis mala patrum vestrorum
et mala regum iuda et ma
la uxorum eius et mala vestra
et mala uxorum vestrarum que fecerunt
in terra iuda et in regionibus
ierusalem. Non sunt mundati
usque ad diem hanc et non ti
muerunt et non ambulave
runt in lege domini et in pre
ceptis meis que dedi coram vobis
et coram patribus vestris. Ideo hec
dicit dominus exercituum deus
israel. Ecce ego ponam in faciem
meam in vobis malum et disperdam
omnem iudam et assumam reliqui
as iude qui posuerunt facies
suas ut ingrederentur in terram
egypti et habitarent ibi et con
sumentur omnes in terra e
gypti. Cadent in gladio et
in fame consumentur a minimo
usque ad maximum in gladio et
fame morientur: et erunt
in iusiurandum et in miraculum et in ma
ledictionem et in obprobrium.
Et visitabo habitatores terre e
gypti sicut visitavi super ierusalem in
gladio et in fame et in peste.
et non erit qui effugiat et sit
residuus de reliquiis iudeorum
qui vadunt ut peregrinentur
in terra egypti et revertantur
in terram iuda ad quam ipsi elevant
animas suas ut revertantur
et habitent ibi. Non revertentur
nisi qui fugerint. Res
ponderunt autem omnes viri
scientes quod sacrificarent uxo
res eorum diis alienis et u
niverse mulieres quarum stabat
multitudo grandis et omnis
populus habitantium in terra egyp
ti in phatures dicentes. Ser
monem quem locutus es ad nos in
nomine domini dei non audiemus ex
te. Sed facientes faciemus omne
verbum quod egredietur de ore nostro
ut sacrificemus regine celi
et libemus ei libamina sicut
fecimus nos et patres nostri reges
nostri et principes nostri et in ur
bibus iuda et in plateis ierusalem.